

HONORI NUPTIALI.

*Nobilissimi VIRI*

DN. ESAIÆ GVMPELZ-  
HAIMERI, à GVMPELZHAIM,  
SERENISSIMO DUCI SAXONIÆ LAUEN-  
BURGICO à CONSILIIS, &c.  
tertium SPONSI.

VI 3

*Nobilissima, omniumq; virtutum ornamenta;*  
*Clarissima VIRGINIS*

SUSANNÆ MAGDALENÆ,

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi ac Prudentissimi*

DN. PETRI PORTNERI inclucæ Reip.  
RATISPONENSIS Consulis Senioris, Hansæ Comitis,  
Consistorij DIRECTORIS, Scholarchæq; primarij,  
de totâ patriâ bene merentissimi.

F I L I A E,

*Hoc quali quali carmine litanit RATISPONÆ, ipso  
Hymenais festo, Idibus Juny, A. O. R.*

CIO 1548.

Amici, Affinis, Clientes.

Typis Christophori Fischeri.



1018377

1018377



Ommendem Sponsum? nihil est : commendat  
Eundem.

Ars, pietas, virtus, ( maxima dona ) satis.  
Commendem Sponsam? frustà : commendat  
Eandem.

Nobilitatis apex, candor & integritas,  
Et Socero Generi per-claro cognita vita;  
Et Genero Soceri sat celebrata fides.  
Hinc facile unaninem consensum vota ciere;

Et voti compos factus uterq; sui.

Ergò Musa preces mea nunc descendant in istas:  
( Nec renuat nostris jungere quisq; suas : )

Summe D e v s benedic sponsis, thalamumq; pudicum  
Fæcundes sobolis pignore multiplici.

G V M P E L Z H A I M E R O S & P O R T N E R O S q; propagent,  
Qui stirpem servent, exhilarentq; domum.

Hæc properata magis, quam maturata profudi,  
Vota preces longas & breve carmen amant.

Honorū & boni omnis ergò appos.

BAL THAS ARE BAL DUINO S. S. Th. D.  
P. & Superintend: nec non Consist:  
Asses. Ratisbon :

Q ui sibi Conjugio stabili conquirit A M I C A M ,  
Attendit varijs commoda quæq; modis:  
Hic formam egregiam; sanctæ pietatis amantem.  
Vult Alter; grandes Tertius ambit opes.  
Qui simul atq; semel ternis his dotibus U N A M  
Audeat instructam querere, Nullus erit.  
Quæ data vel nullis, vel quæ data singula raris  
VIRGINIBVS, S P O N S E sunt data cuncta tuæ.  
Qui formâ egregiam negat, & pietatis amantem  
Esse negat, justâ & dote carere, negat:  
Hunc Ego vel cæcum dicam, & pietate carentem.  
Judicij veri dote carere, feram.  
Utere sorte tuâ, tribus atq; his utere donis.  
Atq; bonis, T I B I quæ cœlitus ipsa T R I A S  
Tertio in hoc confert, dextrâ ter & usq; benignâ,  
Conjugio, Quartum quando dat, almus eris;  
Almus eris & salvus eris tædas apud A G N I ,  
Quod T I B I, quod S P O N S E conferat alma T R I A S !

Quod ὄλοφύχως νονετ

CHRISTOPHORVS SIGISM: DONAUERVS  
Ratisbon: Ecclesiæ patriæ servus &  
Ministerij Senior...

Q ui thalamos, Hymenæe, paras, & gaudia S P O N S I S ,  
Musa salutatum T E peregrina venit,  
Et, quas ipsa bibit, Nymphis immista propinquis,  
Ignibus æqua Tuis, has T I B I fundit aquas,

Quamvis

Quamvis nulla Tuis se infundant flumina tædis,

Quamvis nulla meas flamma moretur aquas.

Diversis medijs nobis medicina reperta est,

Me mea lympha juvat; Te Tuus ignis alit.

Lympha mihi nectar præster, **TIBI** Nympha nepotes,

Illa mihi vires, hæc **TIBI**, **S P O N S E**, viros.

Lympha mihi vitam, **TIBI** Nympham flama ministret,

Lympha necat flamas, & necat ignis aquas.

Ut me Lympha beet, Te Nympha ut recreet, æquè:

Condemnet voti nos utriusq; D E V S.

*Suo Dr: Affini*

**JOHANNES ALBERTVS Portner/**  
ad Acidulas Griesbachianas  
properans'.

— IV. —

### IN VOTA TERTIA.



Um Sol' occiduis latitat demersus in undis

Orta suis decorant **A S T R A P O L V M** radijs.

Et decorant **C A M P V M**, dum funditur aureus ignis,  
**G R A M I N A**, quæ nondum falce resecta jacent.

Nec minus Eoo quæ sita sub æquore **G E M M A**,

Auro aut argento inclusa **C A P V T** decorat.

Nobilis at virgo decorat te, Sponse, magis, quam

**A S T R A P O L V M**, **C A M P V M** **G R A M I N A**, **G E M M A**  
**C A P V T**.

*Honoris ergo scripsit*

**E L I A S E H I N G E R.**

V. Con-

**C**onjugio D E v s autor adest, connubia fata.  
 Sæpè regunt, fatum jungit amore duos.  
 Fluctuat in multis mens exagitata procellis  
 Nescia, an ascribat fœdera casta D E o?  
 Hæret, an ex casu coëant & socientur amantes  
 Cùm crebri, quos non patria terra tulit.  
 Quòd duo conspirant in mutua fœdera corda,  
 Evenit haud casu, sed mediante D E o.  
 Nam D E v s, haud casus sacra connubialia sanxit,  
 Conservat, statuit quodq; creator, opus.  
Quando igitur thalamus se scindit origine tantâ  
 Tædarum, & videam pacta probare D E v M.  
 Ipse Novos Sponsos pro viribus æqua juvabo,  
 Officio faciam non aliena meo:  
 Crescite felices, numerantes Nestoris annos,  
 Sitq; piâ V O B I S prole referta domus.  
 Vivite felices, constanti pace ligati,  
 Hoc precor, O VOT IS ANN VE CHRI STE ME IS!

**V**eil Gott / o Edles Paar / Euch selbst gebracht zusammen  
 Daz Ihr nach seinem Wort / daz Ihr in seinem Namen  
 Solt leben in der Eh' / vollbringen Ewre Zeit/  
 Bis Ihr versetzt werd' dort in die Ewigkeit.  
 So wünsche Ich an heut / daß Gott in diesem Leben/  
 Was Ihr von nöthen habt / auf gnaden wolle geben  
 Durch seine milde Hand / bescheren Wonn und Frewd/  
 Gedult in Kreuzes Pein / abwenden alles Leid.  
 Dieses wünschte von grund seines Herrnens  
 MATTHÆVS SCHMOLL Evans  
 gelischer Prediger. VI.

¶( VI. )sc

**A**nco dignus eras **SOCERO**, fidissime **S P O N S E**,  
& tali **S P O N S O** digna **P V E L L A** fui.  
**I**pse igitur Summus thalami **D I R E C T O R** & **A u t o r**  
hoc fœdus vinclo firmet amicabili,  
atq; ambos faciat jucundâ prole beatos,  
ut **S O C E R I** clarâ ludat in æde **N e p o s**!

*Honoris & gratulationis ergo  
f.*

**ANDREAS Krannost.**

¶( VI. )sc

*Epithalamion,*

**A D S P L E N D I D I S S I M O S**

**D N N . S O C E R U M A C G E N E R U M .**

**I**lle ego, qui toties aliorum carmine cædas  
descripsi, cur non revocarēm in pectora vires,  
& thalamos vestros felici voce bearem,  
Insignes gravitate Viri, virtutibus austi,  
nobilitate coruscantes, clara Orbis & Urbis  
lumina, sacerorum nitidissima gloria vatuum?  
Sic meruistis enim non uno munere sortis,  
nominibus vestris quô devinxistis alumnum;  
æternis donec volventur sidera cyclis.

O mihi Smyrnæi, nunc ô foretaurea vatis  
gratia Mantoï, lingam per uttamq; perennes  
versib; accinerem vestro sub nomine laudes.

At quoniam exiguum transmitto inglorius ævum,

oficij;

officij; genus tolero, quod mille refertum  
(vos, Musæ, testor) sudoribus & contemptu,  
nemo meamq; foveat spirante favore Thaliam,  
non fuerit mirum, fortunam imitata Poëtæ,  
carmina nostra metris esse aridiora vetustis.  
Ne tamen officio desim, pietatis amore,  
carminibus thalamo, quamvis sint tenuia vestro  
gratabor, doctos ruditis ansferis inter olores  
more lubens. Ergò famâ super æthera note,  
Magne vir, Aonidum decus immortale Dearum,  
Saxoniæq; Ducus manus altera, portio Regni  
haut obscura, novas præsenti Numine cædas  
aggredere, egregijs cumulat quas Cinxia donis.  
Non est, ut raptos jam plores, tempus, amores  
Conjugis amissæ, non stagna petenda charybdis,  
Scyllæiq; canes, vasti Cyclopis & antrum,  
non vox Sirenum metuenda, & pocula Circæs,  
consortem ut lecti repetas, duri instar Ulyssis.  
Ergò quid? ut tristes penitus de pectore curas  
transimas Syrtes, trans ultima litora Thulæ,  
trans Garamantas agas, ubi non rota, nullus ije pes,  
nullaq; remigio spumans incanduit unda.  
Jam vitæ socia, & curæ casusq; levamen,  
jam tibi quæ dulcem mentis perfundat amorem,  
dulcis adest V I R G O, jucunda Parentis imago,  
moribus ornatae cultis, pietate, fideq;.  
Vincula Magnetis virtus ut frigida ferri  
sensit; pampineis velut ardua vitibus ulmus  
cingitur; ut teneris hederæ constringitur ulnis  
quercus:

quercus: sic tenero te complectatur amore  
laetitia sponsa, nihil violenti solvat eundem.  
Sic insigne genus vestrum lobole usq; futurâ  
crescit, & in multos stabit sors firmiter annos,  
ut nati natorum & avi numerentur avorum.  
Hæc precor ex animis, mecumq; peritior orbis!

debita gratitudinâ declaranda ergo  
exaratum

M. JOH. CHRISTOPHORO Wider  
Rectore.

( VIII. )

DN. SPONSUS.

Dominus superi vobis, qui me portastis ad Urbem  
Imbriopolis fausto mense clara pedes;  
Idemq; ad Portam placide posuistis eundem.  
Gratia prateriti multa laboris erit!

Rede.

**W**olmir! der Ich von Gott dem Vatter aller Gnaden  
Ein solche/ die da ist der Tugend eigenthum/  
Der Reuechheit Ebenbild / der Eltern waarer Ruhm/  
Anheute noch bekomm; Bin ich nicht überladen  
Von Glückes überfluss e Massen bey unsfern Jahren  
Dergleichen wenig sind/die durch das Liebe-Band  
So glücklich lenden an/ die meisten sind am sand/  
Und kennen an den Port/ wie Ich jetzt fahr' / nicht fahren.

B

Ant.

## Antwort.

**G**ebster Freund/ dieweil Ich eigen  
vondem Himmel worden dir;  
Las Ich meine flamme steigen/  
wie sie steiget gegen mir;  
Tros Neptunus; vnd verdamme  
Meine keusche Liebesflamme.

**G**ott/ der solche eingeführet/  
helfse sie erhalten auch/  
Gott/ der Herz mit Herz gerühret/  
Lasse fern seyn allen rauch  
Des betrübens/ bis der Faden  
Meines Lebens abgeladen.

**G**unterdessen nimme meine  
Liebe/ Trewe/ herzlich auff;  
Wisse/ daß Ich seye deine  
Liebste/ wie gemacht der kauff;  
So bleibst du mit Glück beladen/  
Von dem Vatter aller Gnaden.

## Glückwunsch.

**B**llich ist es jetzt von noten/  
Daf sich mühen die Poeten/  
glück zu wünschen auff das best;  
Alle Musen sollen singen  
Einig/ vnd gesänger bringen/  
Bräutgam auff dein Hochzeitsfest.

2. Wenn

2.

Wenn der Himmel also liebet  
Vnd so schone Gaben gibet/  
Sollen dann seyn in der ruß  
Die gelehrten Nachtigallen  
Sollen sie nicht lassen schallen  
glück zu/ Bräutigam/ glück zu?

3.

Glück zu! daß auf dieser Flamme  
Ewer hochgepreister Stamme  
wachs/ vnd werde new erweckt;  
Dß man sehe ewer Feuer  
dß der Himmel/ ewer Freyer/  
In euch beiden angesteckt.

4.

Wil dann einer jetzt nicht singen/  
Solle dieser jenem bringen/  
So gelendet an den Port  
Auff gesundheit seiner schönen  
vnd herzlichsten Magdalenen/  
Eines nach dem andern fort.

5.

Also soll dich Liedlein gehenz  
vnd vor ewer Tafel stehenz/  
Und erheben seinen Thon;  
Weil es jero ist von nötzen  
dß sich mühen die Poeten  
Auff dem armen Helikon.

Dn Mecenatis in exigua hec lisit  
PHILIPP-ERNR: Wiver Gymn Poët. Corrector.

**V**os quibus est solitum connubia dicere Regum  
 ô Musæ ! & nuptis reddere vota novis,  
 Adspirate mihi, si te Jovis inclyta proles  
     alma venus casti foedera amoris habent,  
 Huc ades, & vivos mecum spatiare per hortos,  
     Carpe rosas violas, Sponsa novella micet,  
 Sponsa micet, digno quam lux hodierna marito  
     junxit, & in licitis jussit amare totis.  
 Jussit amare virum, celebrem quem Gallia vidit,  
     Quem sors extremos duxit ad usq; locos.  
 Quem Themidos sacrajura juvant, quem Musa pereñi  
     Mecænatis ovans concinit elogio.  
 ô Sponsam è Cælo mihi terq; quaterq; beatam !  
     ô thalamos fausto sidere conspicuus !  
 Digna sed est tali virtus spectata marito,  
     virtus non multis cognita virginibus.  
 Si pudor, & vera studium pietatis in urbe est,  
     Si quæ subjectæ sedula cura domus.  
 Præmia tu cunctis & palmam præripis, in Te  
     Conveniunt pietas, sedula cura, pudor.  
 Sic meritò sponsi virtus virtute beatur,  
     sic vivit castus cum probitate pudor,  
 Vivat jo ! seros vivat mihi, comprecor, annos  
     Nobile par, vivat turbine, lite procul.  
 Inq; dies succrescat amor, quò dante supremo  
     Conspiciant multos ludere filiolos.

*betice debite ergatitudinū ergo facieb.*

HIERONYMVS RADIVS Ratisb. Gymn.  
Patr. Collaborator.

**S**As kan vnd soll ich Euch zu dieser Zeit vnd stunden  
 Die ihr mit aller Treue vnd Liebe seyd verbunden  
 Für ein Geschenke thun: daß Gott vnd Euch gefeli  
 Vnd angenehmer sey als Silber/Golt/ vnd Gelt:  
 Es ist ein guter Wunsch/den Gott für allen Gaben  
 Für allen Reichthumben will vorgezogen haben/  
 Wad ihr seyd auch vergnügt. Gott helfe daß der Bund/  
 Den ihr o Liebes Paar durch Wunsch /durch Hand vnd  
 Mund  
 Versiegelt habt vor Gott/Euch ewig mög bewahren  
 Vor aller Angst/ vnd Noth/vnd schweren Kriegsgefahren:  
 Der wahre Liebes Saam/ den Gott in Euch gesæet/  
 Wachs/daz er allezeit in blüh vnd früchten steht.

\* \* \*

Sacrosancta TRIAS Sponso, Sponsaq; jugatis  
 Auxilio clemens semper adesto tuo!

*Hac paucula suo maximo Fautori debit & observantia  
 & congratulationis ergo cordicitus f.*

JOHANNES HOFMAN.

## UOTVM NVPTIALE.

**S**Ponse decus Patriæ, mens est Tibi visere Sponsam,  
 Quam Tibi percelebris dat Ratis-hæcce-bona.  
 Applaudit meritò populus, gratantur amici,  
 Musarumq; chorus carmina grata canit.

Ipse Tibi grator, reliquis mea vota lubentes  
Adnectens : Felix sit torus iste precor!  
Vos DEVS in columnes servet, ne Daemonis astus  
Vincula castatori dissoluïse queat.  
Dum micat igne polus, dum præbet lumina mundo  
Cynthius, hæc foveat fædera vestra DEVS.  
Vnus trina novis faveat cum munere Sponsis,  
Nobilis ut crescat prole nepote domus.

Devotæ humilitatis ergo f.

CHRISTIANVS FRANK, Insp.  
Alumnorum.

( XII. ) 50

F Axit Conjugij puri DEVS Author Amoris  
Ut felix vestrum sit quoq; Conjugium,  
SPONSE TIBI ingenuis quæ prædicta moribus UXOR  
Jam datur, in thalamum sponsa pudica venit.  
Ex animo precor ut spirabile Numen olympos  
Cordibus infusum pectora vestra regat,  
Corporis & gemini Mente jungantur in Unum,  
Totaq; Conjugij tempora lice vacent:  
Pax optata diu Nobis, pax aurea vestro  
Floreat inq; Toro, floreat inq; Animo,  
Vivite felices, producite pignora Amoris,  
Quæ sint grata Homini, quæ quoq; grata DEO!

AD

AD Nobilissimum DN. SPONSVM.

A Ihr durch Todteisiz/ in trawren ward gesetet/  
An heunt werd widerumb hochlich mit Frewd ergehet/  
Da Euch der liebe Gott mit seiner Gnad anblickt /  
Vnd selbst von Himmel hoch ein andern Trost zuschickt.

Ihr habt gewis erlangt ein solches edles Bilde/  
Datz sich wird gegen Euch mit nicht erzeigen wilde.

Wol Euch Herr Bräutigam/ ein solche liebe Braut  
Wird Euch durchs Priestershant/ an einer Hand vertrawt/  
Der Eltern Frewd vnd Wonn/ ein Spiegel aller Tugend/  
Welche noch allem Lob getrachter in ihr Jugend.

Solchs hat Sie auch erlangt/ nach dem Sie hat gestrebt/  
Fürwahr die Keuschheit selbst in ihrem Herzen lebt.  
Holdselig vnd nicht siots/ aufrichtig am Gemüthe/  
Nicht falsch/ dabey zugleich von fürnehmen Geblüthe:  
Der Gott der Euch zusamm heut füget im Ehstand/  
Der schutz/ der segne Euch mit seiner Gnaden Hand.  
Er selbst der alles hat/ der woll Euch alles geben/  
Gesund/ Fried/ Einigkeit/ dazu ein langes Leben/  
Datz ihr mit freuden sehe in der Welt Kindes Kind/  
Dabey so viel Glück/ als am Himmel Sterne sind.

Observantie testanda gr. gratulabundus  
Lipsiam ist

CHRISTOPH: SIGISMUNDVS DONAUERVS  
Philos. Studiosus.

XIII. Omne

• OS( XIII. )S•

Omne Trinum perfectum.

**D**um vice jam trinā repetis socialia jura,  
Mecanas, viduas nec sines esse domos;  
Te Sponsamq; tuam custodias alma Potestas  
Trina, nec à quovis commovere malo;  
Sicerit (ut plaudit mea Musa medullitus) Omne  
Trinum perfectum. Juppiter addat Ame ns!

Observantiae testandæ ergo  
posuit hoc

JOHANNES PAVLVS DIMPFEL  
Ratisp:

F I N I S.

